

Psal. 118. 17.

Genebrat.

flosa vanitas? Quæ clabitur, dum apprehenditur? Averte oculos meos, ne videant vanitatem: dicebat Regius Pfaltes. Vanitas non videtur? Videtur in vanis: sed quæ vana? In hac vita iucunda: inquit Genebrardus hic. Quæ in mundo iucunda, vocat vana; & appositæ: à quibus lumina meditantur separantur, ne videant quæ non videntur; igitur cum nulla sint, nulla sunt: & adhuc dum sunt in maiori gloria, tunc magis nulla.

17 Modò locum habet principale propositum num. 8. assignatum, cui libenter respondendum. Olfendit diabolus gloriam univèrsi, qua humanam ardescit cor, dicens: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Leviori pretio munerum læpelepius adoratur dæmon. *Hæc omnia* inquit. *Ingenitis spiritus est* (dicam cum Seneca *Epist. 66.*) *emittere hanc Dei vocem: Hæc omnia mea sunt.* Quid mirum? Dæmonis est ostentatio, qui rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Verùm perpende: *Hæc omnia.* Superfluit, ni fallor, *Hæc.* Si dicit *Omnia*, ad quid *Hæc*, in clausula promissionis? Ut possit securè fallere inventu veritatis. *Hæc* dicit, quorum esse est in instanti: igitur si transit momentum, transit etiam adoranti promissum. *Hæc* quæ videntur, & non videntur amplius; siquidem si videntur, iam non hæc. Propter hæc adoratur humanum cor: si præmium petit, dicit diabolus, *Quæ?* Hæc non sunt, quæ promisi: si dem servavi. Hæc sunt alia: non hæc ostendi, sed illa: illa evanuerunt, non sunt: & promissa non sunt *Hæc.* Constituit corpus orbis regula temporis: dæmon utitur tempore, ut potiarum meditata fraude: quandoquidem dum pollicetur *Hæc* ex mundi gloria; gloria mundi est futura, vel præterita.

Fallacia dæmonis in promissione felicitatis.

Quanta instantia & industria!

Observe diligenter *Hæc omnia dabo.* Non Tibi do: ut dixit Petrus *Act. 3.* sed *Dabo:* cui addit, *Hæc.* Hæc sunt oculis præsentia. *Dabo* designat futura: & industria signat *Hæc*, & dicit *Dabo;* ut stet fallacia, & promissio: promissio, quia signavit in futuro danda sic: fallacia, quia in futuro iam non hæc. Transferunt, & permanet cum fide verà mendacium, dum miser à dæmone operitur promissum: siquidem si continuò gloria mundi mutatur, & hæc quæ præsens promittitur; dum magis datur, non datur mendacio locus; quoniam ad præteritum haud datur ullus regressus.

Tandem: Mundus consistit in varietate, quippe nunquam in eodem statu permanet: & dum diabolica introducitur fallacia, offert oculis *hæc omnia.* Quanam

omnia, & quanam hæc? Quæ diabolus objicit, & insensatus homo malaciâ scit. *Hæc omnia:* non amplius, ut insecetur stultus. Posteriores glorias non promittit, præsentibus sunt in instanti: si ex bonis hæc petit homo, transferunt in præterita: non sunt, quæ bona futura: & vastè dum hominis insidiatur saluti, dicit diabolus *Hæc omnia;* quia hæc præsentia ita sunt, sicut posteriora, quæ non sunt, dum dicit, *Hæc.* Ergo omnia nihil: etenim in ampliore ostentatione diabolus pollicetur: quæ nequit dare; & homo expectat anxie, quæ nequeunt esse.

Et quàm dolosal

18 In questionem vellem venire felicem (de his qui adinstar florum ut caprent popularem facilem auram, varijs colorum picturis usque in certamen luxuriant. Verùm hem! *Sunt quædam tristes voluptates,* profert Stoicus Cordub. *Epist. 67.* *sunt quedam vota, quæ non gratulantium cœtu, sed adorantium, venerantiumque celebrantur.*) ut scirem, an gaudium in tot glorijs abundet plenum, vel invenisset in delicijs quandoque delictum? Si concedit, sufficit cogitatio pro supplicio: contraria sanè pronuntiabit in eculo. Si negat (quippe ita est) ubi ratio, & ubi cor? Est aliquid quò tendit? Quò molimina cogitatio dirigit? In fortunam? In aulam est. In opulentiam? Animi commotio frequens, & subita. In gloriam? Evanescit ut fumus. In superbiam? Etiam sibi fastidium. In invidiam? Dic tormentum. In delicias? Voca pœnas. In gulam? Ad est gravedo capitis. In luxuriam? Foculus plagarum corporis. In aulam? O miser! inque dies ultra miser! Huccine rerum venimus? Aulam?

Senec.

Omnia mundi bona, mala.

Vvch.

Aula locus fortuna suos ubi lubrica ludos
Ludit, & illudit, nunc hos, nunc deijcit illos.
Curarii pelagus, vaga spes, via plena pericli,
Splendida damna, quietes irrequieta, dolor.
Ait Eberardus Uveihe in *Aulico Politic. n. 20.* Cuius felicitatis vulneribus mederi volens nescio quis, canit:
Cum dat olivcula
Mensa minuscula
Pace quietas,
Ne pete grandia
Lautaque præandia
Lite repleta.

19 Videamus ergo quid sint aulæ bona, quamvis Principis accedat lubrica gratia. Quæ non indagavit Mardocheus pro salute regis Assueri? Præmia crebèrè sera in aula, ubi gesta præstantiora: verum hoc habet virtus, & apud regem profanum, tandem tandem adipiscitur præmium, Præse igitur subditi erga se scivit fidelitatis officia, nec

Eth. 6.

3.

Ibid.

cap. 12.

5.

Monachus in aula sit invitus.

Et extorsit.

Embovisimus aula.

Quicquid vocatur felicitas, omnino vanitas.

Supplicium amabilius.

nec è virtutis beneficii exivit beneficentia: sed ut exactè cognovit, gratus notitia, de Mardocheo studuit bene mereri. *Quia pro hac fide honoris ac præmij Mardocheus consecutus est?* Regi interroganti dixerunt terribili ac ministri: *Nihil omnino mercedis accepit.* Contrarium ex textu constat: etenim clara fide insidiantium confessione, *Præcepit ei rex, ut in aula palatij moraretur.* Perpende *Præcepit ei.* Objicitur viro Religioso norma, ubi opus est superioris præcepto, ut moretur in aula: igitur exactè ibi vivit, quisquis non vivit sponte.

Patec ergo Mardocheus, estò haud adequatè, dignatus. Morari in aula apud Persas maximi honoris. Consule Barn. Brissonium de *Imper. Persar.* Quo pacto munus tantæ cum accepisset spectabilis dignitatis, nihil accepit omnino mercedis? Pro verè Monacho, & Religiosi instituto facilis interpretatio: quandoquidem in habitacione aulæ non accipit mercedem, sed dirum cordi eruciamen: haud blanditur aula, desideranti fastidia; quoniam nihil molestius Religioso, huiusmodi vasano atque furibundo strepitu.

20 *Nihil Mardocheus mercedis accepit,* quamvis accepit aulæ honorem, æmulatam dignitatem. In aula omnia vana, caduca, mendacia, mimica, lubrica. Utilitas personata cultu favoris, hanc larvâ generositatis, vindicta simulata obsequio, invidia gratulationis ludio, superbia arte culta & comitate, ambitio compta perfida fide, odium adoratione, miseria superfluitate, letitia oris, & commotio pectoris. Nihil verum cuncta ad speciem, & omnia ad ostentationem: apparentia lucida, sed intus vera cruciamina. *Isti quos pro felicibus aspiciis, si non quò occurrant, sed quò latent videritis, miseri sunt:* ait Seneca de *Provid. cap. 6.* Hi sunt alicui inhiantes gratiæ Principis, & imagini honoris: & à Mardocheo dum ita dignatur, nihil honoris accipitur; quoniam quicquid in mercede fulgebat honoris, nil aliud erat quàm cumulus vanitatis. Summa felicitas hæc est: Respicat cor: siquidem quam summam pingit hominum cogitatio, nihil omnino. Aptè dicere possumus:

Magna tenet quem parva iuvant. Petit alter honores,
Divitias alij, prædæque sequuntur, & amplas
Inter opes inopes, placidè non munere somni.
Conscendant alij magnorum limina regum,
Quos rota fortuna celeri vertigine raptos
Evabit, & summo sublatos vertice sistit.
Cumque putant manibus regū se corda tenere,
Tom. III. Aut.

Sortis & immemores, cristas & convivia sumunt

Instabilis rota fortuna mox rubros eosdem
Deijcit, ut damno derisi dæctus add. xv.

21 Hæc de aula: aliquando exprimam, quàm vana cætera bona. Cor nostrum pyramidis plantat, Deus constituit in pectore, cuius inlatur versus cœlum, cuius conus versus mundum: ut si constringat, aut premat, aut moveat usque in terram declinatio, aut inclinatio; dumtaxat tangat in puncto. Idest, ita sit in tellure, ut aliter nequeat esse: igitur si necesse est esse in terra, conditione humana; sit tantum, ut sit in terra: si quidem cum punctum indivisibile sit, declinat, si non fiat. Stare, dum stas in terra, ut ita sint fursus corda: etenim humana felicitas, est labilis uti humana. Faeces indulcat, & post amaritudo patet, quod dulcorat. Omnino vanitas & levitas, quæ mutatur in horas.

Cor cur instat ex ramis?

DIDASCALIA VIII.

Turpissima iactura, qua per negligentiam venit.

1 **I**nquit Seneca *Epist. 1.* igitur *Magna vita pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquid prætium temporis ponat? Qui diem estimet? Qui intelligat se quotidie mori? Proh dolor! Est de Monachis quæstus, & etiam planctus. Tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, qualis secularium finis? Si ultus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt? Incipiat ergo de Religiosis iudicium, ut clarescat, quid sit esse religiosum. Ut, sicut canit ex Augustino S. Prosper *Aquit. Epigram. 72.* *Cedant virtuti vanarum obstacula rerum,**

Senec.

Incuria statur in Religiosis lamen stabili.

Prosp.

Ne perdat voti tempora lenta fides. Perdet, quisquis prætium temporis non ponit: igitur semper inausum intra penetralia Monachorum, inquirere non quid in hoc tempore faciendum, sed quid faciendum de tempore? Non dices æstimatur, sed teritur: vita vehitur, non agitur; & sine vita non vivitur: quandoquidem magna vite pars elabitur nihil agentibus, maior aliud agentibus, & maxima male agentibus. Bene correbant: quis fascina vit? Spiritu ceperunt, & carne consummant! Denigrata est facies eorum, qui fuerunt candidiores nive, nitidiores lacte? O fastidium tinea

cordium, tubigo mentium, atque languor animarum ! Divinis interlunt laudibus, & dormitant aut otiosa, vel etiam pernicio- sa pertractant: sedent ad librum & oscitant: verbum exhortationis auscultant, sed auditis non auscultant, quinimò audientes laborant: de pascuis mutantur in pascua, & tam ista fastidiunt, quam illa: iugiter versantur inter ferula vitæ, & moriuntur miserima fame. Vide Guericum Scrm. 1. in scilicet. Pentecost. num. 4.

2 De Sara dicitur: Sterilis erat, & sterili- tis. Geminatur sterilitas, quippe incapax non tantum ad partum, sed ad conceptum: quæ etiam habens ad fecunditatem semen, genuit sterilitatem. Ita quoque Monachi steriles & steriles: igitur ingredientibus in Monasteria, ut anima virtutibus fecundetur, & floreat; negligentia facit, quod turpissimè arefeat. Dicit Psalmographus, ubi pro nihilo habentur anni eorum, etiam multis intra claustrum. Manè sicut herba transeat, manè floreat & transeat, vespere decidat, induret & arefeat. Manè & vespere accipe pro prius & postea: hinc intel- liges, quam turpis in Religiosis per negli- gentiam iactura. A saculo in Monasterium transit homo, ut rutile floreat; & non flo- ret, quippe transit, ut transeat. Altiora nonnumquam petenda sunt, ut transitus vi- tæ usque in perfectionem sit. Non sufficit parturire, si abilitè parere, quia Sion & parturivit, & peperit, ut possit dicere & floribus & fructu gloriosa: Homo & homo natus est in ea. Fervor prius inducit ani- mum, ut à mari magno ubi reptilia quorum non est numerus, transeat; & transeat, ut flo- reat. Transit, negligentia decidit, iam non floret: unde qui transiit, ut plantatus in do- mo Domini floribus rutilet; ignavè transit, paulatim induratur, & post arefeit.

3 Expendere, quæ dixerit Christus de filijs Ecclesie militantis, Monachorum floridis symbolis, ac qui Deo servire conten- derent, temporalium fatagerent. Cibum, potum, & cultum corporis gentes, idest, ethnici inquireunt: qui verò Deum cognos- cunt, dumtaxat Deum. De vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: dixit Alerter, nec plenè intelli- guntur quæ dixit. Quid ergo interest, cresce- re cum ornari? Dissidit Christus de nimia sollicitudine erga corporis indumenta: quid quod crescunt, vel decreseant lilia? Oppor- tune signantur, dum agitur de pretiositate & pulchritudine vestis; igitur nec Salomon in omni gloria sua cooptertus est, sicut unum ex illis: ceterum circa corporis ornatum,

obijcere lilia agri quomodo crescunt? In- cognitum. Utiq; sed altissimum, & prop- rium. Monasteria paradisi adinstar sunt amenissimæ areolæ, pulcherrimis virtu- tum floribus scitissimè ornata, quò Spon- sa anima dilectum invitat, ut pascatur in hortis & lilia colligat. Instus in huius- modi paradiso germinat, & ornatur sicut li- lium. Ornatus decor est, ac pulchra vestis: germinatio signum est vitalitatis: unde Christus instruens Monachum, & signans corporis amictum, non dixit: Considerate lilia, quomodo ornantur, sed quomodo crescunt; quoniam Monachum non oportet agnosci per extimam pulchram vestem, sed tantum per intimam perfectionem.

4 Clarius & intimius. Israel germinat sicut liliam; non erit sicut liliam, si non germinat. Ornatur floribus & floreat ornatu, si crevit plantatus in Monasterio. Flos ves- tis est, quasi sigillum institutionis, germi- natio testimonium vitæ radicis: & lilia con- siderantur quomodo crescunt, & non quo- modo vestiuntur; siquidem in Monasterio non lilia, quibus vestis pulchra, & radix mortua. Uterius. Si liliam haud crevit, non florebit in horto, igitur flos obtinetur in augmento. Eadem lex præscribitur Mo- nacho per latam institutionem, cum ire in- cumbat de virtute in virtutem: & dum in horto feritur sicut liliam, præsignatur à Christo in lilijs quomodo crescunt; quip- pe non intenditur in Monachis cultus floris vernantis, sed augmentum perfectio- nis.

5 Pratercè. Paracasticon dicitur, quod desinit in atate vigere; quoniam in vegetabilibus non crescere decretere est, non progredi regredi, igitur in detersis vergit, quod non viget. Monachi sicut lilia crescunt in florem; nonnumquam habebunt flo- rem, si non crescunt: dum magis crescunt magis ornantur: & Christus dum de orna- tu disserit, ornatum negligit, & incremen- tum inquit; quoniam ni creverint sicut li- lium, in horto voluptatis non florebut. Paracasticon erit, ut in herba arefeat, & nonnumquam floreat: ut sic maneat, quin du- rare possit sic: etenim cum decreseat non crescendo lilijs eximia pulchritudo; dolor est pectoris, quòd languida radice fervori- s, à saculo in paradidum transferatur, & non germinet: si germinat, quod non pul- lulet: si pullulat, quòd non crecat, quòd non floreat, & sic miserimè pereat.

6 Deinde. Flos in lilio, quia nulli flo- rum celsitas maior, gratia est. In hanc voca- ti sumus, in hanc conatur Monachi pectus;

Mon- chus ag- noscen- dus per- fectio- nis, non veste

Ose. 14: 6.

Endibria sunt ves- tis pul- chra, & radix mortua.

Haud altima- tur decor vestis, sed virtutis.

Fasti- dium spi- rita- rium, pif- ficum signum.

Genes. 11. 10.

Mon- chus non florent dupli- citer steri- lili.

Psalm. 89. 6. Non tran- sit heri, qui tan- tum tran- sit.

Iesai. 66. 8.

Psalm. 86. 5.

Math. 6. 28.

verum si crevit, si paulatim in altiora surgit: quippe si negligit ulteriora, flos in herba, vi- ror in folijs, & evanet pulchritudo cacumini- s: etenim non pervenies in perfectionis cacumen, non habet florem. Quid luxuria viridantium foliorum, si non est liliam? Quid vestis Monachi, si Monachi dumtaxat videtur vestis? Quid ornatu sine virtutis ornatu? Quid crepitus instituti sine morum instituto? Virtutibus Monachi crescunt, vestibus cognoscuntur: & Christus ut pateat perfectionis regula, pro Monachis dixit: Considerate lilia, in quibus idem est, an crecant, vel an floreat: an oriuntur, an augentur: siquidem dum vivunt iuxta sym- bolicam vestem, habent perfectò perfectio- nis florem.

Mirabile dum flos vite habi- tus fo- lio ref- pondet.

Liliam symboli- s' ena- cborum.

Florent pulchri- ter, dum amplius separan- tur à ter- renis.

Picinell.

Eorum biocry- ficum marga- rita.

liqueferet. Ita Monachus debet conversa- ri magno pelago mundi, quandiu dura- verit curculius vitæ: siquidem quocumq; in concha cordis fugit telluris, omittit pretio- sitatis. Familiaritas illa cum Deo, caelestis, quam conciliavit oratio, vel cum guttula maris iam non unio: etenim tepescato cha- ritalis fervore, flammamque cordis languen- tes ros conversus virtutum exercitijs in mar- garitam, post tempus & tempus invenitur, uti descendit in concham. Haud videtur negligentibus dispendium, & est summum: quippe omnino lamentabile in longa Mo- nasterij conversatione; ut gratia qua ho- no vocatus in Monachum, sit in exin, sicut erat in principio: quòd ros caelestis sit ros tan- tum, & nullum in rore pretiositatis momen- tum: quòd sit postquam diu Monachus, si- cut erat imperfectus: quòd accipiar, ut li- quecat, à quo fugit guttulam amaritudinis, amittens formam unionis: quòd finis sit in- troitus, & non plus: progressus, sicut ingres- sus est ros: quandoquidem minime Religio- sus responderet institutioni, nec morum con- versionis promissa legi; dum collate gratie in pretiosam margaritam, ostendit rorem caelestem, & non unionem: igitur parec & charitas languida, & flamma vocacionis omnino extincta.

9 Rursus. Dos maxima unionum stat in rotunditate, ut altruit Plinius ubi infr. Haud aliter perfectio Monachi. Rotundum si consistit in plano, in puncto solum consi- stit: quod non rotundum in quolibet habet centrum, estò non planum; quia non consi- stendo sedet, sed sedendo consistit. Quia non in puncto stat; stat, quin sine adiutorio possit moveri: quod in indivisibili stat, move- tur proclive, & minime fecat motum usque perveniat in centrum. Ecce in Monachis per- fectionis, & imperfectionis origo; dum con- versantur in mundo. In mundo estò gemen- tes stant: & nullatenus stant, ni in puncto quandiu steterint, stent. Vide Didasc. præc. n. 21. Vivant uti terrigena, filij hominum in terra: verum cum vivere non debeant, quasi qui in terra vivunt; margarite exponuntur pretiositates, ut Monachi studeant cumulo perfectionis: siquidem ubi & quandiu vi- vunt in mundo, debent consistere, ut consi- stant, non ut sedant. Audi Magnum Au- sonium Edyll. 16. apud Eliam Vinerum 8. & Horat. lib. 2. Satyr. 7. v. 86. Vir bonus & sapiens, quem vix reperit unū Millibus è multis hominum, consultus Apollo, Fortis & in seipso totus teres, atque rotundus, Externi ne quid valeat per leve morari, Externa ne quid labis per levia sedat.

Quanti morari decessisse moras.

Unde summa vocatio- nis extin- ctio.

Consistat in mun- do Mon- chus non sedat.

Aufoni. Horat.

Nes

ve-

Nequid bicit, nequid prot aberit angulus tatis examen. Hæc sunt horum unionum momenta, etenim pro pulchritudine dederunt quæque pretiosa: sed torquet animam iniquitatem Monachus, & perfectionis virorem; reperire tantum vestem: speciem unionis sine corpore pretiositatis inflatam, ubi non querit speciem, fed margaritam. Unde cum margaritæ falsæ minime sicut margaritæ; non dicit Christus tantum Margaritæ, sed bonas, quippe non querit margaritæ falsas: species unionum inflatas, splendore sicut inanes; sed uniones.

12 Adhuc nota Bonas margaritæ. Si margaritæ non bonæ non margaritæ; ad quid additur bonitas, dum exponit margaritæ? Quia pretiosiores, puriores, magnitudine, candore, orbe, labore, atque ponderare præstantes inquiri: idest; inter margaritæ querit optimas. Optimas? Grave occurrit argumentum, sed delicabitur pro stimulo Monachorum. Si margaritæ sunt fideles, & etiam additi perfectioni Religionis, qui quidem instructo debent esse perfecti, dum illi boni; cur de secularibus non exprimitur, quod sint bonæ margaritæ; & de Monachis dumtaxat, quod sint bonæ? Utrumque utriusque signat obligationem, & ad perfectionem, & ad legem. Seculares cum impleverint præcepta, sunt magnæ pretiositatis: si plus fecerint Religiosi, serviant quædam inutiles: & meditantur bonitas subicitur in mundanis, & exprimitur in Monachis; quoniam seculares ni boni, non Margaritæ, & Monachi non bonæ, ni sint perfecti.

Clarius igitur. Bonitas utriusque nitet per symbola unionum, tum in mundo, cum in Monasterio: & inter bonas margaritæ, solum exprimitur Religiosi bonitas; quia Monachi ni optimæ sint margaritæ, non sunt margaritæ bonæ. Si status illustrior, haudquaquam Monachus prælabitur, ni sit perfectior. Si magnus uti ceteri, non magnus. Non pretiosa margarita, ni excelsit in pretio minuta grana. Non magnus, ni maior: non perfectus, ni perfectior: non pretiosus, ni pretiosior: igitur in rete extra mare mundi, in littore Monasterij, pisces homines (qui videntur iuxta Habacuc quasi pisces maris) haud reprobantur quia mali, sed quia non optimi.

13 Priusquam finiatur apodosis, seu collatio margaritarum & Monachorum, celebris contrapositio pulsata animam. Baltasar rex damnatur publicæ sententiæ, dignitatis vindictis superioris in pariete descripta, & exhibetur causa, igitur inventus est minus habens, appensus in Nemeſis statera. Etiam

Et usque perveniat, cur rat.

Off. 14. 6. Semper melior.

Matth. 23. 45.

Non est Monachus, si non perfectus.

Plin.

Nili valet extrema species in monumenta pretiositas.

In Monacho necessaria perfectio.

Hab. 1. 14. Mag. 23. 48.

Dan. 5. 27.

servus, cui Dominus, præmij nostri sollicitus, commisit unum talentum, damnatur in barathrum. Diversa patent coram iudice acta, sed in utroque una damnationis fulminat sententia: Inutilem servum eſſe in tenebris exteriores. Cur ergo hic servus multatur terribili pœna, dum minime apparet culpa? Damnatur iure Baltasar, quippe minus quam credita solvit: servus autem talentum creditum reddidit. Ecce (ait) habes, quod tuum est. Ex eo non perdidit quicquam: quo igitur iure condemnatur sicut Baltasar nequam? Iure damnatur. Hic servus erat, & intra familiaris creditoris, qui commisit talentum sicut ceteris; ut negotiaretur in sui commodum, ne excusaretur, quia non habebat talentum. Baltasar erat profanus, seu secularis, cui incumbere adimplere præscripta legis. Neutiquam respondet creditis Dei servus, quo respondet secularis vel profanus. Iuxta instructa commendantur opera, ac perfectioribus debent esse perfecta. Plus requiritur in uno quam in alio, quippe seculari sufficit, quod sit bonus; & servus Dei debet esse perfectus: quod quidem nequit consequi, ni plus quam facit secularis, fecerit. Hic peccat, si frangit legem; servus Dei si abdidit perfectionem: & secularis damnatur, quia in creditis habet minus; & servus damnatur, quia non habet amplius.

Matth. 25. 30.

Verſ. 25.

Si non habet amplius, habet minus.

Luc. 19. 26.

Ubi non incrementum, diminutionem summum.

Negotiator qui plus non acquirit, paria perdit.

Iuven.

Rondel

Negligentia convertit bonam in malam.

S. Bened.

conversationis tempora, etſi multi consummati in brevi tempora expleverint multa. Non minus habet Monachus, quam dum ingressus; & vulpat iurè, quia non habet amplius: igitur maxima culpa, habere talentum, & non habere talenta. Lucro talentum datur, & in negotiatore est dispendium quod non lucrum; siquidem ita oſcitanter invenitur, quasi numquam talento negotiaretur: unde integro & salvo talento, appenditur minus habens deses Monachus, quasi post tempora & tempora negotiationi propria non fuisset tempus. Sed (ut canit Iuvenius lib. 4. Hist. Evang. v. 236.) — Maior quibus est concedit a portio nuni Certatim duplis auerunt numerum donis. Et nequam servus tenebras demersus ad imas Perpetuus fletus pœnae stridore frequentat. Gravis profecto intelicitas, perire, ubi salvantur reliqui. Gravior paupertas ubi alij inveniunt cumulæ divitiis: sed erit porro gravissima, nihil lucrari, ubi socij acquirunt plura talenta.

15 Etiam invenitur exemplum in symbolo proposito unionum. Neque idem partus à diversis editur (inquit Rondeletius p. 2. lib. 1. cap. 52.) cum in varijs oſtreis aliquando uniones reperiantur, aliquando nulli. Ostrea, seu concha Monasteria sunt. Ibi è celo in corda descendit ros: æquè spargitur, sed diversimodè accipitur; etenim pro qualitate recipientium, ita ditat singulorum negligentiam propositum, ut sub eodem celo, in eodem salo vel solo, ex eodem rore interdum reperiantur uniones perfecti, & interdum vel nulli, vel falli. Bonum semen seminatam fuit in agro pectoris: unde ergo habet zyzania? A negligentia cordis, quod convertit in loliam præstantissimum triticum. Hem! Nonne seminanti gravissima pœna, quod grana electa pro lubito sint zyzania? Quod sit margarita falsa, si esse potest margarita? Quod in hoc nihil sit roris, dum in alijs inveniuntur pretiositates? Quod hic prodeat acuminata spina, & ibi rosa pulcherrima? Quod in diversis idem ros sit uniones & sentes, inanis, & pretiositas, fortuna & miseria, divitiæ & inopia? Unde tanta calamitas? Pro lege eis est desideriorum voluptas (ait SS. Confessor Domini Benedictus Regul. Sanct. cap. 1.) cum quicquid putaverint, vel eligerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint putant non licere. Servant sæculo fidem, ingredientes Religionem. Corpus tradunt Monasterio, sed fidem mundo, ut habitu quo ostenditur fides, tegantur seculares cogitationes. Sequantur quam fugiunt patriam, nativitatibus

gle.

Amor seu cui origo lucania.

glebam, dulcem insaniam, voluntariam amentiam (aptius dicam) seminarium criminum, fomitem iniquitatum, radicem amaritudinum, depositum pravaram affectionum, originem relaxationis, & zyzania, quae super feminavit affluentia daemonis: quin dignandi titulo unionis, perpendant, impossibile esse margaritam, nisi extra patriam.

Cuius obliuio in perfectione iuvat.

16 Margaritæ Deservisse iuvat mare: ait Petra-Sancta de Symb. heroye. lib. 1. cap. 5. igitur tunc afficit & allicit oculos pretiositas splendoris, ac splendor insitit pretiositatis: & Monachus margaritæ confertur, dum intra claustra recluditur; quoniam ut rutilet virtutis spectabile pretium, iuvat deservisse mundum, obliuisci patriam, domum paternam, seu potius omnem sæculi affectionem; ut quam sequi dicunt, obtineant felicitatem.

Hortus Hesperidum. Plin.

Mala Hesperidum ab Antiquis symbola proferuntur summæ felicitatis, quia horti ubi nascebantur beatorum sedes: igitur iuxta Plinium lib. 19. cap. 4. Antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos: quos floride describit Lucanus lib. 9. v. 360.

Lucan.

Fuit aerea sivea Divitiisque gravis, & sulco germine rami, Virginesque cœboris nitidæ custodia luci. Et nunquam somno damnatus lumina serpens. Abstruli arboribus pretium, nemorique laboræ Alcides: passusque inopes sine pondere ramos &c.

Apertè cadit non ut fabula in Christum, hominum infelicium exulum dilectorem, contra serpentem misanthropum dæmonem; quandoquidem ab illa aerea paradisi silva, divitijs gravi, & sulvo germine, relegato homini restituit felicitatem, & abstruli sanguine proprio consecutionis laborem, vincens & vincens serpentem, ostia pandens, portas evertens: igitur superveniens forti fortior, eius arcus confregit, scuta combussit, abstruli arma, & distribuit spolia:

Senec.

Auriferæ vigillis spolia serpentis tulit. Dicam ex Senec. in Herculi. fur. Act. 2. v. 238. Patet alexicaci, & malorum nostrorum depulsoris victoria: sed contemplerur, quæ itur ad astra.

Flumen Lethe in hortis paradisi.

17 Huiusmodi locum, sive hortum circumit fluvius Lethe. Ante oppidum fluvius Lethe, lucus sacer, ubi Hesperidum horti memorantur: ait Plinius lib. 5. cap. 5. quem fluvium Stagnum dicit, lib. 37. cap. 2. Diciturque Lethe (Hebraicè Laadam: ut observat Bernardus Aldrete in Antiquitatib. Africæ lib. 4. cap. 13.) vel à volupta-

te iudicium devorante vel ab oblivione: quod astruunt ferè Profani, & cauit Lucan. ubi supr. v. 355.

Lucan.

Quam iuxta Lethe tacitus prelabitur annis Infernis, ut fama, trabens obliuio venis.

Non obliuio in Monaferio per se, dum abest mortificatio.

Claret mythologia, ut exciteret ad labores qui cupit aurea mala, maxime dum habet duces Alcidem, draconis ignivomi atque vasti victorem. Horti huiusmodi Monasteria sunt, ubi homines infelices, ne sint, curando confugiunt; ut poma Solis & Lunæ, fructusque cœli conversatione Angelorum nascantur: sed transeundum est flumen Lethe, voluptatis index: quippequam ingressus in huiusmodi hortum, seu celestem in terris paradysum, non debet dirigi ad capeffendam voluptatem, sed corporis mortificationem: etenim non obtinentur aurea pretiosa poma, nisi voluptate transacta. Qui voluerit sequi Herculeum, Tollat cruceum: Manns stillare debent myrrham, & probatissimam; videlicet, valde amaram: quia amplecti debet laborem, non voluptatem: igitur ut fungatur imitatione, & simul felicitate; animus indiget cruce.

Matt. 16. 24.

18 Nova luce etiam micat mythologia. In mundo degunt homines, & velint nolint, vel in delicijs agnoscunt amaritudines, blanda fraudum pabula, atque gaudia felle imbuta. Sicutunt gaudia vera, perpetua capiunt pacis, & conantur in perpetuam felicitatem Hesperidum poma. Curunt à fraudulento mundo in Monasterium hortum, ubi vera & aurea mala esfulgurant Hesperidum, in propriam ambientium utilitatem; & inveniunt ut transant flumen Lethe, oblivionis indicem: igitur haud gaudebit ullus horti felicitate, ni obliuiscatur penitus gaudiorum mundi: quandoquidem Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno celorum. Comprehenditur iuvenis fugiens manus ministrorum satanæ, & tradetur in carcerem, nisi dimiserit sindonem.

Sine obliuione mundi Monachus non gaudet felicitate.

19 Panditur iter in propositum Didascalie, & auctoritatem N. Protoparentis Benedicti. In Monasterio tanquam in hortu bonorum celestium, aureorum pomorum, anime gutturi dulcium, habitant plerique; verum minime gaudent felicitate, & sunt quasi non essent in beatorum mortaliū requie. Cur ergo? Pro lege eis est desideriorum voluptas: & ubi appetitur voluptas, non est anime felicitas: etenim fatigantes vero frui gaudio, fraudantur iurè à desiderio suo; quippe sequuntur fatuè desiderij pravi voluptatem, cum sequi debeant non voluptatem, sed legem. Voluptas illis

S. Ben.

laxat.

Ibid.

Sed in voluptate legi.

Unde relaxat.

lex est: igitur quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum: & quod noluerint putant non licere. Unde nihil felicitatis in ipsa felicitate obtinent; quoniam sequuntur: quæ volunt, nequam quæ profuerint: sanctitatem quam eligant, non sanctitatem; legem voluptatis, & non legem, anxie sollicitatis frui voluptatibus in Religionis hortu, quas estò velint, sequi possent, sed consequi nequirent in sæculo. Hinc ambitio, hinc fastus, hinc luxus, despectus æqualium, etiam Superiorum, qui ob intuitum beatitudinis, dignati sunt esse æquales. Ingrediuntur non ut aliquid redigatur ad nihilum, sed ut nihilum sit aliquid. Hisp. No entras à deshacerse, sino à hacerse. Scandalum ipsis, & etiam alijs, quia intuentur, & conantur in Religionem tantummodo voluptatem, minime legem, & appetitum mortificationem: utilitatem, non crucem: cum fane certum, quod evanescat perfectio, impetranfio Lethe, voluptatis fluvio.

20 Audiatur Petr. Damianus Opuscul. 21. cap. 2. ubi ita floride fatur: Qui nunquam ad hanc potuit pervenire scientiam, ut perfectè Monachus videretur; nunc ipso die quo in pralatione constituitur, ita presidentis induit speciem, ita dominantis exprimit maiestatem; ut non nuper electum, sed natum dicas Abbatem. Etsi repente severus in cultu, imperiosus in voce, ad corrigendum acer, ad iudicandum promptus. Ipse si offenderit, iam omnino satisfactionis ignarus, dedignatur accumbere nisi in octogona sella, ita preparata, ac si senatoria Curulis in curia. Pro sue voluntatis arbitrio hac præcipit fieri, illa contestatorè interdicit, ligat, solvit, admovet, removet; & in his omnibus nequam à nobis senioribus consilium querit, sed sibi ipsi sufficiens, velut proprie potestatis iura disponit. Devotis quidem & subditijs pollicetur gratiam, repugnantibus autem Phalarica spirat animadversione vindictam; ut potius videatur in presertim horijs fasibus agere, quam Ecclesiasticæ humilitatis officio deservire, &c. In his etiam & alijs pluribus, quæ persequi longum est, ita subito magister efficitur; ut in tota præfidenti regala veluti barbato prudentiæ Patri, sibi nec offendere videatur. Quam doctè, quam imperiosè novit cuncta, velut quadam maiestatis auctoritate, præcipere; qui difficultis subditus nunquam novit suis præceptoribus obedire! O capita! O capitula! Rimatur Bernardus de Gradib. Humilit. cap. 16. Qui enim alios se præcedere putat, quomodo non plus de se, quam de alijs presumat? Primus in conventibus residet, in Tom. II. Taut.

Effusus relaxat.

P. Damian.

Luc. 9. 61.

Marc. 14. 52.

Non est felicitas in lege voluptatis.

Inquieti Monachi descriptio.

consilij primus respondet, non vocatus accessit, non missus se intronitit, reddat ordinata, reficit facta. Quicquid ipse non fuerit, aut ordinaverit, nec volè factum, nec palchè existimat ordinatum. Iudicat iudicantes, præiudicat iudicariis. Quid ergo dicemus ad hæc? Altruus Guericus de Uleim. Gen. Scem. 3. Multi hunc panem comedunt, quia Religionem quam prætendunt in verbo, non ostendunt in facta. Alijs lugentibus ridet, alijs dolentibus gaudet, corpore claustrales, mente vagi, & nunquam stabiles, pigri ad lectionem, tardi ad orationem, in Ecclesia dormientes, in refectorio vigilantes, extra eorum pro infirmitate frequentius remanentes. Quid aliud isti miseri agunt, nisi quod panem intinctum comedunt? Conversio corporis si sola fuerit, erit nulla: forma quidem conversionis est, non veritas, vacua virtute conversionis; gerens speciem pietatis. Sanctitatis vultus, sed sophistici, nam religio simulatur in facie, quæ minime geritur mente: sanctitas veste, non corde, agnus in publico, lupus in angulo, foris discipulus Christi, intus discipulus diaboli.

21 Hac ne conversio? Fit sanè à sæculo in Religionem: & sine religione amor dominatur sæculi? A peccatis ad penitentiam: & sine ullo amplexu penitudinis, gaudet animus criminibus geminatis? A vitijs ad virtutes: & in virtutis schola prævalent vitia? A voluptate ad continentiam: & sine continentia rationis, fræno carnis, prolabitur animus in desideria cordis? A superbia ad humilitatem: & peccus sequitur vanitas, ubi humilianda superbia? A vanitate ad veritatem: & vocatur sanctitatis vera cumulus, dum species, & non amplius? A cupiditate ad charitatem: & plauditur charitas, ubi solummodo regnat carnalis cupiditas? A voluntate propria ad voluntatem Dei: & astruitur pro voluntate legis, propria virulenta voluntas? A carne ad spiritum: & extollitur perfectio, ubi spiritus sepulto; patet homo caro & caro? Ab exterioribus ad interiora: & plaudetur Religio, si corpus in claustro; & mens in foro? A malis in perfectionem: erit ne perfectio virtutum, dirigi vitam in perfectionem malorum? Denique à creatura ad Creatorem: & gravi corde diligit Monachus vanitatem! Hæc non est conversio, sed Religionis subversio. Quam ergo? Audite Anselmum Carn. de Mand. contemptu & Monachor. vita.

22 Vocistis fratres, vocistis, vestra rogamus. Vivite solliciti reddere vota Deo.

Conversio sine proposito irrevera.

Et negit gentia status.

Guerra.

Peri conversio.

23

R.

24

In maiestatem divinam peccat abunde
Quisquis, qua non vult reddere, vota vocet.
Vocisibus Domino vestros convertere mores:
Iam non peccetis, sit modus O vitij.

Nunc humilis vivat, qui vixerat ante
superbus.

Sit castus, qui quisque luxuriosus erat.
Quarebat census aliquis? Captabat honores?
Huic iam viscescent census, honorque sibi.
Gaudebat dapibus, gaudebat divite mensa.
Nunc tenuem victum sobria cœna dabit.

Hæc veniam fratres conversio vera meretur:
Hæc valet offensum flectere vita Deum.

22 Aliter (ni fallor) concipiunt, qui
aliter ambeduntur Religionem, quærentes
in sui abnegatione, quæ sua sunt, non quæ
Iesu-Christi: non sic vesci, sic indui, sic le-
gere, sic psallere, sic corrigere & corrip-
ci, cateraque huiusmodi. Unde cum oppositum
inveniantur, quam fuit conceptum; tunc phi-
lantia voluntas propria à se agitata, omni-
nò percita (ut de *Convers.* ad Cleric. cap. 6.
infit Bernardus) exilit vetula furens & to-
tius oblita languoris, procedit borrentibus
comis, veste lacerata, pectore nudo, scal-
pens ulcera, frendens dentibus, & arefcens,
atque ipsam inficiens aëra statibus virulen-
tis, dicens: Unde hæc nova Religio? Face-
re iubet ut libet, sed invenietur qui no-
vis decretis obviet, qui novis legibus con-
tradicat.

23 Haud aliâ causâ de his spiritu frigi-
dis, in medio ignis argentibus, in motu &
volatu decidibus, ait Dominus: *Convertam
reversionem tuam.* Perpende *Reversionem.*
Iam conversi erant, ut cognoscerent planè
Deitatem: & dicit in ipsa conversatione re-
versionem; quippe cognitione, miraculis, fe-
licitate, atque summis bonis ipsa corda con-
versa reversa sunt ad idola. Pro *Reversio-
nem*, Aquila, Symmachus, & alij legunt:
Convertam captivitatem tuam. Appositè
quadrat Monachis, qui ingrediuntur Reli-
gionem intuitu procul virtutis: igitur cum
non ut convertantur, corda convertant, sed
ut specie Religionis genio licentiosè indul-
geant; dum à vitij quasi idolis ad veritatem
magis convertuntur, magis ac magis vitij
quasi catenis ex calybe captivantur. Per-
quam cautè N. Patriarcha *Regul. Sanct.* cap.
58. ait: *Noviter veniens quis ad conversio-
nem, non ei facilis tribuatur ingressus.* Pro-
betur prius, an intuitus sit mentis, vel carnis:
ne sicte quærens animæ conversionem, inci-
dat in infelicem animæ captivitatem: ne
spreto fervore novitio, pro conversione in
idola fiat reversionis.

24 De regni pompa sollicitus, de con-

servatione anxius, quia à tyrannide pericul-
sus, ne quod indubità peperit, iure, ac le-
gibus periret; audit Magorum in urbe ad-
ventu, & novo regi gratulationis intuitu. He-
rodes turbatus est. Tyranno nonnumquam
pavidam cor. Ille autem ut sciret, an noti-
tia, rumor live odium fame, vel periculum
coronæ; Diligenter didicit ab eius tempus
stellæ, quæ apparuit. Ad quid ergo tempus
solummodò inquiritur apparitionis, dum
inquirere debuisset tabulas iuris? Ut vel ille
merito de tyrannide timeret, vel Magorum
vocationem despiceret: igitur si flamma vo-
cationis duravit tempore parvo, lux quæ
sulsit non è cœlo. Vocati sunt Magi ad ve-
ritatem ex superstitione: & diligenter obser-
vatur tempus stellæ; quippe si non è cœlo,
sed ex fervore prodiret, citò evanesceret.
Vidimus stellam eius in oriente. Parum in-
terest, si non videatur in fine. Vidimus, ve-
rum modò in urbe non videmus. Qui con-
versi vident urbem, minimè retinent voca-
tionis fulgorem. Vidimus & non videmus:
si non fulget, evanuit: spem regni tyran-
nus concipit, dum lucem quam viderant,
vocati non vident: & tantum dilquiritur vo-
cationis tempus, & non amplius; quia verè
conversa corda, si post tempus & tempus
rutilat flamma.

25 In horto Hesperidum erat Lethe,
apud aliquos iavenio Lethe ut fluvium, apud
Plinium ut supra vidimus, uti stagnum. Le-
the significat oblivionem, hortus Hesperidum
summam felicitatem. In fluvio, vel stagno
innuitur Monachorum imperfectio, vel
perfectio, dum necesse est oblivisci sæcu-
lum, ut perveniant in felicitatis hortum.
Nota. In flumine aqua prolabitur, in sta-
gno detinetur: & divitem beatitudinis pa-
radisum circumdat Lethe, oblivionis infi-
gne; quoniam minimè obtinebunt Mona-
chi felicitatem, si præterit, dum prætereunt
mundi oblivionem: verum erit in cordibus
summa perfectio, si mundi labilis flagnatur
oblivio. Nequit esse memoria cœli, quin
maneat oblivio mundi: & in Monachis vi-
dentur imperfectiones, ubi ius erat efflu-
rare virtutes; & quia oblivionis mundi re-
cordantur, & quia cœli memoriæ oblivif-
cantur. Non est conversio, ubi conversio-
nis evanescit flamma, igitur torpescunt tem-
pore corda; si latet in fine, lux quæ appa-
ruit in oriente: quippe non iudicatur è cœ-
lo, dum transit citò. Ita enim gustato fru-
ctu paradisi, aditus recludendus est sæculi;
ut oblitæ voluptatis nec memoria sit possi-
bilis.

26 Inter miranda, seu potius incredi-
bilis,

Fructus
venis
Sine mi-
rabiles.
Nisub.

bilia, quæ apud Sinas visa memorat Ioan-
nes Nieuhovius in *Legation. Batav.* ad
Magnam Tartaria Chanum. p. ult. cap.
17. Apud Lieucheu (inquit) in *Provincia
Quantung Mons Uhoang, in quo fructus
nusquam alibi conspècti, de quibus quisque
quantum vult comedere potest, sed nullum
secum asferre: quod qui faciunt, viam, quæ
descendunt, reperire nequeunt.* Quæ figmen-
ta cogitationis, vera sunt in horto volupta-
tibus. Transcendit Monachi Lethen, mundi
oblivionem, ascendere cupiunt in montem
perfectiois, ut gaudeant fructibus felicitatis,
& gustata suavitate fructuum, descen-
dere nequeunt. Semper ascendunt in
summa: & cum fructu viam non possunt in-
venire corda sua Monachis descendere, non
est via. In huiusmodi monte inveniantur
fructus numquam alibi visi, quia mira & sin-
gularia sunt, quæ Deus preparavit diligen-
tis fide. Memoria mundi insidiatur huius-
modi fructus memoriæ, & mirabilis suavita-
tis: sed ita efficax fructus montis, perfectiois
gratia; ut mundi penitus aboleatur memo-
ria: quandoquidem etiam velint, descendere
nequeunt; quia evanescit iter, quo revertun-
tur in mundum.

27 Inquirere possumus: Quomodò
obscuratum est aurum, & mutatus color
optimus? An quia errant Monachi in invio,
& non in via? Quia invenerunt singularem
femitam relaxationis, cum claudicaret in
femitis suis? Singularem, inquam, femitam,
quoniam oblivione requisierunt memo-
riam. Oblivione immundi mundi memo-
riam sæculi, & mali: igitur cum fructu per-
fectionis, haud iter coincidit voluptatis. Dum
apparent flores, tempus putationis advenit,
enim non volat, qui ligatur vinculis. Non
coëunt cœlestia & mundana: plerique ad
milsa tantum memoria, qui nutriebantur
in crocicis, amplexati sunt stercoia: parvi-
pendunt quasi levem, mundi volitantis co-
gitationem, & amittunt tandem tandem
avitam felicitatem. Hic opus est armis, ut
arx expugnetur perfectionis, victa terre-
strium cupiditate, & mundi Lethe. Hic opus
est armis, hic, ut videatur Deus Deorum in
Sion: igitur ut canit Arator lib. 2. in *Act.*
Apost. v. 861.

Nec ceditur duri:
Virtuti damnosa quies, nullumque coronat
In stadio securus honor: sua gloria forti
Causa laboris erit: rarisque ad præmia
miles,
Cui pax sola fuit: victoria semen ab hoste
Accipit, bine oritur: Dominus plantaria
vestra
Tom. II. Taut.

Arat.
Virtus
numquã
quiescit.

Math.
2. 7.

Obvesso
vera, ubi
vocationis
continnatur
flamma.

Non inest
oblivio,
evanescit
perfectio.

Nec lanã
guescit
tempore.

Fecundare volet, qui per sua dona venire
Ad sua dona facit.
Hæc sufficienter de nihil agentibus, & de aliud
agentibus: de malè igitur agentibus, dice-
mus hic *Tautol. 6. Didasc. 6.*

DIDASCALIA IX.

Virgo filium habet non sibi soli.

1 A Strucio Ioann. Damascenus
Serm. 1. in *Natio. Virgin.* De
humano genere Deipara nonnumquam præ-
clare merita. Nubes iure laudatur, quæ
pluit nobis Salvatorem, & panem de celo
fanelicis descendentem: ita prævalente cha-
ritate in eius divinum cor: ut in suis quærat
minimè, quæ sua sunt. Falsum est, quod verum
canit Terentius in *Andria*, Act. 2. Scen.
5. v. 16.

Omnes sibi male melius esse, quam alteri.
Quandoquidem dum cor flagrat charitate,
cuncta dat pro dilectione. In nullo autem
myteriorum magis effulsit Virginis Matris
dilectio, quam dum filium habuit in utero:
etenim expectabat suspirando, quem habe-
bat, amplectens quem expectabat; quoniam
filio contento intra claustrum virginicum,
genus necdum fruebatur humanum, fata-
gens anxie infatæ benevolentia, quoniam
filium, quem sola concepit, non habebat si-
bi soli. Ecce desiderij Virginis causa, ne fi-
lii tantum sui remaneret cœlestis gloria: si-
quidem animus purus, benignus, generosus
(uti feliciter canit, licet aliò Manilius lib. 4.
Astronom. cap. 5. v. 41.)

Victorque ad sidera mittit
Sideres oculos, propiusque spectat Olympum,
Inquiriturque Iovem, nec sola fronte Deorum
Contentus manet, & cœlum scrutatur in alveo,
Cognatamque sequens corpus, sic quarit in
astris.

2 De uxore Abrahæ dicitur: *Sarai ster-
iliterat, nec habebat liberos.* Quenam ergo
habet liberos, & est sterilis; ut dicatur
de Sara duplex fecus sterilitas? Arbore natu-
lum fructum afferentes, carent munere fecun-
ditatis: afferentes verò fructus inutiles,
etiam dicuntur steriles; siquidem non est
entitas, ubi nulla utilitas: & de Sara dicitur
quòd erat sterilis, & sterilis; quippequam
fructus nec sibi, nec alijs. *Sterilis, nec ha-
bebat liberos:* igitur mater; quæ habet filium
sibi tantum, non habet filium. Virginitas ste-
rilis est: ac Virgo virginum laudatur fe-
cunda virginitate, quoniam quem filium ha-
ber, non sibi soli.

Damasc.

Maria
seper
humano
generi
conspulsi.

Terent.

Et sibi
ostendit.

Manil.

Genes.
11. 30.

Mater
non ha-
bet filij,
quæ sibi
solam
mado
habet.

3. Clarescat igitur propositum. Missus est angelus ad Mariam, ut notam illi faceret Trinitatis Sanctissimæ sententiam; in qua completa Virginis vota, & versa in gaudia suspiria: scilicet Verbum Parris aduenturum in carne, assumenda de Virgine. Iam enim venerat plenitudo temporis, ut mitteretur in terras, & restauraretur humana felicitas, Deo homine facto (inuitato mysterio) quem vere mater & virgo concipies in utero, & paries: dixit Angelus. Ad quid ergo Paries, si iam dixerat Concipies? Partus sequitur conceptionem, & signat partum? Iurè. Conceptio filij suæ dumtaxat signabat gloriæ, partus humanæ naturæ: quippe in conceptum pareret, homini misero quasi nunquam concepisset.

4. Uterius. Incarnatio Verbi Dei subsidium erat nostræ conditionis, & partu Gabriel blanditur ingenio Virginis. Vota eius in nihil amplius intenderant, quam in visionem Verbi Dei, hominis facti; ut homines serui diaboli per originariam culpam, libertatem nascicerentur per gratiam. Angelus Domini nunciavit Mariæ, quæ quidem nuncio rota exarsit amore. Descensus Verbi, & in eius viscera, virginea claustra, lætitia replevit cor; sed audito partu plus. Plus? Utique. Deum hominem concipiebat sibi soli, cæterum in lucem productura erat uniuersæ naturæ: ibi cordis abundans lætificationis, sed in partu totius gaudij plenitudo. Unde ut magis inoleferet pectoris virginici gaudium; addit Gabriel etiam partum, post Verbi Dei in gremio matris conceptum: siquidem gaudium maius Virginis genitricis, quod filio gaudeant uti proprio, uniuersæ rationales.

5. Ultra. Semper conceptus attribuitur genitori, tamquam fructus in propria hereditate: ideo frequens phrasis in Scriptura, Paries tibi: Genes. 16. 15. 16. 17. 19. 21. Levit. 18. 11. 2. Reg. 11. 27. & Luc. 1. 13. etiam apud Profanos. Seneca in Herc. Octavo Act. 4. v. 1494.

Tibi illa pariat quicquid ex nobis habet. Si filius possessio generantis; cur filius qui à Virgine sola genitus, non dicitur possessio genitricis? Quia talis filius, & à Virgine tali conceptus. Cæteri hominum nascuntur in subsidium, atque solatium parentum: Christus vero in consolationem omnium hominum: & Angelus dicit, Concipies & paries: sed non tibi, licet sola genitrix; quia huiusmodi fetus non est matris, sed possessio diues inopis hominis. Sol oritur plenus radijs: ergo nascitur candidis. Non attenditur à qua oritur, sed cui oritur: non cogitatur

quæ parturit, sed cui peperit: lex humanæ fauere naturæ, non genitricis: & minime Virgo filium adstringit genitricis legibus, quippe Sol nascitur omnibus.

6. Hinc intelligitur illud Angelus ad Ioseph: Quod in ea (ait) natum est, de Spiritu Sancto est: pariet autem filium. Natiuitas signatur filij in ea, & ex ea: in qua duplicis natiuitatis expressione, erga humanam naturam amoris Virginis demonstratur instigat. Gloria Mariæ fuit, quod in ea nasceretur Filius Dei. Si sibi retineret, quod in ea natum; suam quæreret utilitatem, & non hominem. Felicitas hominis est felicitas Virginis genitricis: & postquam filius natus est in ea; Paries, dicitur, ut eius rutillet gloria: etenim filium quem gloriose concipit, non habet, ut retineat; sed ut hominibus pariat: igitur eius rutilat dilectionis vehementia, dum filium proprium, ut proprium habet humana natura. Magni facit, quod Verbum Dei natum in ea, verum pluris quod ex ea. In ea, sibi soli: ex ea, humano generi: & cessit honori hominis honor singularis genitricis; quoniam intendens in ampliorem honorem, dumtaxat cogitat propriam, hominis felicitatem.

7. Contemplerur diligenter Virginis votum, ut amoris singularis diluceat argumentum. Quis mihi det (ait) te fratrem meum, sugentem ubera matris meæ, ut inueniat te foris, & deasculet te, & iam me nemo despiciat! Floridè Mariana hic cecinit:

Quis daret fratrem mihi te esse quondam
Matris & mammis alitum benignæ,
Te in foro amplecti licitum fecisset,
Nemoque carpat!
Id quidem votum, reliquum dolenti.
Te manu captum trahere in cubile;
Edibus nostris tacit am docebis
Que tibi grata.

Quis daret? Vota innuit: sed quæ vota? Si in utero habet, quid querit? Ut quid fratrem, si uti filium habet? Quem non amittit, inuenit? Quem possidet, cupit? Foris inquiri, quem intra viscera claudis? Quid coram oculis spinther pectoris? Quodnam in voto Virginis iam matris studium? Nostrum emolumentum. Perperderis cuncta, haud leui pede lustranda.

8. Quis mihi det (gemit) ut inueniam te foris! Quis mihi det? Sed ut Domine usquequò? In utero habeo, quando te Dilectè video? Quis daret, ut te viderem, & mihi daret! Mihi. Tibi? Superuacua postulatio. Si per partum cupis, ante partum habes. Tecum est, intus est; quid est hoc? Quod

Matth. 1. 20.

In cuius voto miranda dilectio.

Cantic. 8. 1.

Mariana

Quomodo Virgo desiderabat, quæd habebat.

Tunc magis filium cominet, dum hominum trahit.

Apoc. 12. 2.

Haye.

Que non habet humana natura, non est gaudia.

Splendor eius ab hominis splendore.

cupis, renuis. Parere est expellere. Expellere intendis, quod tibi sitis? Post partum, hominis est; non tui: quæ ergo lege tunc desideras tibi, quod habent cæteri? Si foris est, tibi non est: tandiū erit tibi, quandiū habueris in ventre: & tibi arrogas, ubi filium dilectum expellis foras? Utique. Ita enim studiosa erga genus humanum Virgo gloriosa, ut propria arbitretur generis emolumenta. Verbum Patris habebat uti proprium ante partum, cæterum homines habebant post ortum: & dum foris potantur homines Verbo Dei, hominè facti; tunc potitur mater virgo: quippequam gaudia hominum conditione merentium, est genitrici potissimum gaudium.

9. Illa mulier quam Ioannes prospexit amictam Sole, conculcata Phœbe, atque redimitam astris; signum magnum apparuit Matris Virginis: igitur varietas lucis, singularitas ornatus, pulchritudo cultus, & speciositas vestium, portendebant cuncta mysteria Regniæ caelorum. Expectationis arcanum exprimit Ioannes, & inquit: In utero habens clamabat parturiens, & cruciatur, ut pariat. Non in partu uti feminæ cruciatur, sed pro partu: idest, Mente, uti hic Concept. 9. Ioannes Haye luculenter observat: hinc dumtaxat cruciatur, ut pariat. Unde igitur habet originem tantus clamor & cruciatio? In partu non patitur, quippe fuit sine dolore, uti conceptio sine voluptate. Si pro Verbo est, secum habet. De quo dolet? Habere secum, arbitratu incommodum. Verum utique, Virginem habere clausam uniuersam cæli gloriam: & etiam verum hominem minime potiri gloriâ, quandiū mater habebat in clausura. In ortu hanc gloriam homo feliciter nasciceretur: & ut pariat genitrix anxie cruciatur; quia habet ut cruciamina, quæ maxima sibi gaudia, modo non habet humana natura.

10. Nota igitur amorem, dum mentis exprimit Virgo pro partu cruciamen. Dum Verbum concepit ventre, amicta fuit Sole: & cruciatur ut pariat, & Solem in lucem edat? Solem à se expellere, erat privari luce; siquidem tamquam per crystallum per corpus Virginis pellucebant radij Solis: & intendit parere? Intendit: Dum Christus erat in Virginis claustra, lucebat Virgo; sed cruciebat homo. Necessè erat, ut hominè videret, quod lux Solis à genitricis Aurora recederet: & cruciatur ut pariat, quantumvis lucem amittat; quia ob vehementiam dilectionis, splendor Virginis Matris pendet dumtaxat à splendore generis. Prius enim iucundè dicebat: Dilectus meus

mibi, & ego illi. Chérubim respiciebant se mutuo: fulgebat in cordibus redamario: & modo foras dilectum desiderat; quoniam supereminentior viam amor demonstrat; patiturque filij absentiam ab utero, ut homo fruatur amantissimè dilecto. Amori qui quarit dilectum sibi, amor est, verum non magnus: erit iniquis, si sibi querit, dumtaxat dum querit alijs: & ut ostendat in homines amorem insignem, undecumque vehementem; Solem quasi lucida Aurora genitrix virgo producit in lucem.

11. Scrutemur verba, & pectoris vota. Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ! Quis mihi det, ut inueniam te foris! Quis utique posset Dilectè in brachia te trahere è carcere uteri! Uti nam! Mutarentur vincula, & quæ viscera, dulcius facerent brachia. O quis! Quando inruerit in solamen cordis, insensum ab ubere matris! Ut amplius delecter, ab ubere Matris meæ. Desiderij vehementia videtur pervertere verba, quia comprimit corda: & hic patet in variatione vocem, variari sensum. Nota: Matris meæ. Si ipsa Virgo mater est, proferat sanè: Quis mihi det inter brachia, sugentem ubera mea! quippe tunc dilectus inter ubera commorabitur: at inter ubera matris meæ. Quoniam hæc mater, dum illa genitrix & ipsa humana. Omnis homo filius est humanæ propaginis, & est etiam filius genitricis. Genitrix Virgo prout habet humanam conditionem, naturam humanam respicit ut genitricem: & optans faciem videre filij Virginis mater, ob naturæ gloriam: non se vocat genitricem, sed naturam: quia dum sibi filium querit, non querit sibi Virgo, sed magis generi humano.

12. Ipsa proferet? Quis mihi det te fratrem meum! Fratrem? Utique: aliquid innuit magni, ubi mater misimè se vocat matrem, sed sororem. Fratrism tantum est desiderium. Fratrem exoptat, quem habet filium? Dum officium cedit genitricis, ingentis amplectatur dilectionis. In Christo igitur inerat duplex inspectio, & hominis, & filij: ut filius respiciebat Virginem matrem, ut homo intendebat in naturam genitricem. Ut homo respicit omnes tamquam fratres, ut filius solummodo viscera Virginis: ac inter geminam inspectionem, genitrix sollicitat filium uti fratrem; quoniam mavult gratiam filij toti generi, quam sibi soli. Fratrem nominat, quem potest filium, satagens mater de utilitate hominum: igitur renunciat charitatis auctoritati matris; & remanet genitrix inter homines: tamquam

Cantic. 2. 16.

Uide insignis amor virginis.

Ubi supra.

Filium querit, ut trahat in mibi.

Et se placidè fruens, dum matrem.

unus

Luc. 1. 31. Virgo habet pro gloria gloriam humanam natura.

Magis illi placet aliena quam propria.

Senec.

Filium peperit humano generi.

onus ex illis. Quid mirum? Dum pectus flagrat, prodigia cogitat: & Virgo, quem habet in utero, optat filium dilectum in medio uberum; ut introducat in domum genitricis maris omnium.

Cur amor Dei praeferat in mysterio Eucharistiae, quam in Incarnatione?

D. Thom.

P. I. 110.4.

Agnosci- tur mag- nitudo amoris ex exten- sione libe- ralis.

Luc. 7. 39.

Liberali- tas Chri- sti erga homines gaudet.

13 Quæstio iucunda substruit animo, videlicet, Amor divinus an tenerior in Incarnatione condicienda, vel in Eucharistia? Verbum infans, sine maiestate maieestas, mortalitas immortalitas, adstricta immensitas, passibilis impassibilis, temporalis æternitas, impotentia omnipotentis, depressio Creatoris, atque exinanitio Deitatis in formam servilem, ut impossibilia gravant humanam cogitationem; & amori superanti impossibilia, conceditur iure laurea. Cetera ergo prodigia pendenda, est magna, quasi nihil, ex suppositione primi miraculi. Nihilominus tamen D. Thom. Opusc. 57. plaudit Eucharistia Sacramentum Miraculorum maximum: igitur divitias Christi Dominus erga nos amoris effudit, dum in hoc omnium Mirabilem memoriam fecit. Si in Incarnatione vel impossibilia vincuntur, quomodo Eucharistia miraculum maximum? Incarnatio Verbi divini opus utique singulare, decor humanæ naturæ, tamquam nexus cæli & terræ; cæterum gratia hypostatica unionis, omnimodè mira, unice humanitati fuit collata: in Eucharistia sumit unus, domunt mille, tantum isti, quantum ille, quia donum universale: est dono, & modo, amoris cognoscitur magnitudo: & amplius plauditur Eucharistia, quam Incarnatio; quippe quam gratia maior notis insignibus, quæ datur omnibus. Hinc voto Virginis, ut filium videret foris. In utero sibi, extrâ nascatur generi. Intendit amor in genitricem naturam, & filij gloriam: siquidem gratia eius adventus cognoscitur vera, ubi generalis gratia.

14 Ad vitam revocato filio viduæ Naimitæ, fama miraculi crevit, quam audiens Baptista in carcere victus, misit duos discipulos ad Dominum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Si non audisset miraculum, interrogatio haberet effugium: sed audiens miracula, fides ambigua? Non potest dubitare, quod dubitari non potest. Quod illi minime creperum, exprimit dubium? Ille vel ab utero cognovit, & modo ambigit? Utiq. Aliquid rimatus est in miraculo dudum patrato, ut pectus percelleretur scrupulo. Sol Christus ortus est cunctis, quorum sanitas in pennis divini Solis. Extendit alas in gratiam, & unicum tantum è tot mortuis revocavit ad vitam, Favor illius, uti Solis, universalis ho-

minibus cunctis. Contraxit amoris favorem, cum ingrederetur civitatem: quod audiens Ioannes, & sciens illum esse, interrogat, an sit ille: quoniam illius gratia serper extenditur toti generi.

15 Incede quomodo intuitu Baptiste responderit. In ipsa autem hora (subdit Lucas) multos curavit à languoribus & plagis: & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum: & respondens dixit illis, Eantes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Nulla est infirmitas pertinax celestium medicorum: cuncti valent sine morbo, quoniam antidotum descendit de cælo. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, & Mortui resurgunt. Hæc renunciantia sunt? Sanè, verum quorsum? Ioannes inquit de Salvatore mundi, non de miraculorum oleatione: an ille fit, quem cognovit Salvatorem, an ne aliam superstiti posthac sperare salutem? Hoc inquit, & Christus tot miraculis adæquatè respondit. Favor omnibus, Salvatoris erat signum, quod eius è cælo signaturum adventum: & non dicit interroganti Ioanni, quod sit ille; sed quod omnibus favor extenditur gratia: siquidem ex universitate ingenitæ generositate, agnosceret planè, an sit gratia Salvatoris. Dudum uni tantum relictis vitæ spiraculum, quod origo questionis: modo mortui resurgunt, quod quidem enodatio difficultatis. Ioannes haud dubitat, an ille fit, qui semper est; sed gratia an sit illius, quam non susceperat univerfum genus: & Christus cunctis hominibus gratiam ostendit insignem, ut sese mundi ostenderet Salvatorem.

16 Proin addit Sponsa: Ibi me docebis. Quid docturum os infantis? Magnitudinem amoris. Cum suxeris matris ubera, ibi me docebis magna. Quarit amor dilectum sibi, dicitque dilectio: Gloriam meam alteri non dabo: & dum infans fugit ubera, docetur Sponsa, quomodo crescit charitas, quin evanescat in pectore ex dilecti absentia parta felicitas: quandoquidem gratia maior ostenditur, dum extenditur gratia; & fit eadem plures & maioris, causa universalitatis. Vota Mariæ Verbum divinum traxerunt in uterum, quod quidem Virgo toto pectore hausit, vel dum in ipso sinu Patris invenit, in cuius utero habitu inventam, ut homo. Ibi erat dimittaxat matri, & mater non querit ibi. Foris sollicitat, ut foris homo dilectum inveniat: igitur haud fatiantur desideria charitatis, ni Salvatoris gratia comprehendat omnes: ni nasceretur mundo, & nati gratiam participaret homo: igitur fa-

V. 11. & 22.

Ibid;

Gratia communis propria Salvatoris.

Cant. 8. 2.

Nitor gratia fiat in gratia ex se infans.

Sua Virgo confidat nra com moda.

Hesius.

Am- brof. Duxtrix virginum & duxtrix Virgo- mater.

Venaat.

Gen. 11 30.

Maria semper mater Christi.

lutare Dei expectabat omnis caro: gratia tanta quasi nulla, quippe gratia quæ non prodest, non est gratia: & latagit amor genitricis, in utero cæli gloriam habentis, nativitatis infantis: ut homo extensionem gratia cogitans in beneficio, gratiam cognoscat advenisse de cælo: Filium quem habebat in purissimo ventre, esse Salvatorem mundi; & arque per tantum hominem, homines conspecturos Deitate.

17 Accipit Virgo ut meliora reponat. Multa optat, nihil sibi servat. Ut alij accipiant cuncta, requirit omnia, etenim amoris magnitudine, tenero corde, quasi interest fer sua, querit nostra. Feliciter eius charitas cantat & incantat, apud Guilielm. Hesium in Embl. Sacr. lib. 3. Embl. 11.

Sol mihi verus amor, habeat Sol nomen amoris.

Qui solidi verum nimen amoris habet. Atque utinam, nostri saltem in solatia mundi, Orbis amor parvi Sol novus esse velit!

DIDASCALIA X.

Virgo Maria mater ad templum.

1 Ntonar Ambrosius lib. 2. de Virginib. O novam gloriam! Novam, ut afferantur Regi virgines post eam, trito iam icinere devio naturæ in virginitate, ut sequantur agnum quocumque ierit. Melius quam Dianam imitabuntur Mariam: igitur quod factum, factum.

Inde Dei genitrix, pia virgo Maria coruscet Virgineoque agni de grege ducit oves.

Ipsa puellari medio circumdata cætu Luce pudicitia splendida castra trahit.

Felices, quarum Christi contingit amore, Et quasvisque sacer vexit ad astra pudor.

Succinit camæna Venantij Fortunati lib. 8. eam. de Gaudijs vit. eter. v. 25. De Sara dicitur: Sterilis erat, nec habebat liberos.

Alij ut vidimus in Exposit. lit. legunt: Non erat mater, quia non erat ei filius. Haud censenda in clausulis Tautologia: siquidem coruscet in Virgine prærogativa, quod sine pignore prolis nitor singularis repleat materinitatis. Vide, ut sileas, supra quæ cogitas. Vide ut loquaris, & miteris. Ad templum ducitur trimula, tenera, pupa, quasi avulsa à dulcedine uberum; sed vel tunc mater ad templum.

2 Astipulatur Ambrosij cogitationi

Caius Sedulius lib. 5. Carmin. vers. 359. Hæc est conspicuo radians in honoris Mariæ, Quæ cum clarissio semper sit nomine mater.

Mater, & semper! Utiq. Verum quomodo? Huiusmodi sane miraculum fugit omnino cogitationem hominum. Florem exprimit virginitas; fructum materinitas: qua ergo lege matris gloria, dum adhuc mælis in herba? & floret, & parurit? Mater fuit ubi in thalamo virgineo Verbum Divinum assumpsit humanitatem, & protulit virga florem. Deinde: Modo Soror Sponsa parvula, non habet ubera: quomodo aderunt sine mensura temporis gaudia matris? Ecce potissima gratia, & gloria singularis Mariæ, scilicet quod sit mater sine tracto, & sine tempore.

3 De nato Baptista, eius magnitudinem commendantibus miraculis, ita encomium conficitur à vicinis: Quis putas puer iste erit? Si modo coruscant miracula, ad quid futuri temporis memorantur prodigia, & designantur momenta? Ut rotilet Baptista amplissima gloria. Quid sit, modo inquirunt, & quod erit, dicunt modo: erit magnus: iam est magnus: vox Verbi erit puer hic? & iam est vox: si intendit Præcursoris maior laus, & est quod erit: nil plus. Hispan. Publicaron el mayor blason, diciendo, que era todo lo que avia de ser. Si amplior desideratur Baptista gloria, & quod erit, est modo: non plus ultra.

4 Haud aliter cogitandum de prærogativa Virginis, ubi adducitur in templum Regis. Gloria eius eximia futura ex maiore dignitate, scilicet, habitare gaudia matris cum virginitatis honore. Est modo parvula, mater erit atate matura. Minime congruit penè infanti, quod apè futuro tempore. Laus ex maiore excellentia conficienda: cæterum excellentia humanæ cogitationi obijciatur ut futura; qua nec habebit similem, nec sequentem: & ut amplius gloria rutilet, est modo quod posthac erit; quandoquidem mater & virgo, trimula siltur templo. Tunc Verbum concept corde: ait Rupertus in Hai. cap. 31. Tunc concept? Utiq: ergo mater. Nonnumquam igitur modo conceptionis adheret honor inlæ materinitatis.

5 In flore ætatis, pulchritudinis, & pudoris, Virgini ab Angelo nunciatur reitauratio humani generis; & quomodo illa fuerit electa à Deo ex qua & in qua Verbum Patris fieret caro: ut cum fieret, virginis antiquæ facinus nova Virgo piaret; & unde culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem. Turbata est Maria in huiusmodi sermone, præ profunda humilitate (quodnam

Sedulius.

Quo pro digito?

Luc. 11 66.

Baptista gloria in quo maxime.

Maria est modo, que futura mater.

Rupertus.